tinus Broniowski se cum successoribus in bonis suis om..
nibus haereditariis et obligatis mobilibus ac immobilibus
singulisque prae memorato Mathiae Kaneczki ac suc..
cessoribus illius inscribit inscriptionemque praesentem ex
his actis Castren ad acta Terrestria Premisliensia ante
decursum primus anni transportare sub vadio
Centum florenorum pecuniae et num. pollon. Pro qua
quidem summa essentiali cum vadio incidente eum vadio
ob non transportandam inscriptionis summarum quotiens
cunque Martinus Broniowski cum successoribus suis
eidem Creditori suo vel eius posteris Citare permiserit
totiens recedendo a terris districtibus iure ac foro suis quibus..
cunque propriis Coram officio praesenti Castren Premisliensi
cui se Castrensi praesenti respective cum successoribus ac bonis
suis praedictis omnibus singulisque prae subiicit semper
in primo Citationis termino tanquam peremptorio iuri
parere videre et loco visionis pro citatis omnibus ab
officio nostro recto tribus quibus opus fuerit satisfacere Cum suc..
cessoribus tenebitur ipsorum terminum primum ac alios con..
sequentes, nulla re exquisita et colore excogitato cum
actione pro maiori vera vel simplici infirmitatibus
successorum minorennitate, expeditione bellica incursu
hostium, aura pestifera, negotio et servitio quovis
Sacrae Maiestatis Regiae Reipub. ac militari legatione intra et
extra regnum absentia a Regno Evasionibus omnibus
suo per poenis trium et ter trium marcarum dilatione
ad quietationem numinum et evictorem ac legalibus quibus..
cunque impedimentis motionibus denique et appellationibus
ac causae prosequtionibus differendis et evadendis in iudicio se
Cum successoribus permissis aliisque sibus iuris remediis

abrenunciando sue et suorum successorum sub amissione totius
Causae vigore huius vadii seu vadiorum quovel quibus
solutis utrique parti iudicati tribus quibus opus fuerit satis..
facere Cum successoribus tenebitur nulla in praemissis terrestri
praescriptione obstante.

Kawlia quietat Manasterski.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren Premisliensibus Famatus Andreas Kawlia sub..
ditus Sacrae Regiae Maiestatis Civis Premisliensis tenutarius Nobilis Joa..
nis Thomae Drohoiowski a Drohoiowo Capitanei Premi..
sliensis, Recedendo a foro suo proprio et iurisdictione
quavis competenti praesenti iurisdictioni se cum succe..
ssoribus ac bonis suis quoad infrascripta attinet incorpo..
rando sanus mente et corpore existens praesens ac per eum praes..
sonum recognovit. Quod a nobili Joanne Stepano..
wicz Manasterski Summam sex florenorum pecu..
niae et num. pollon. per eum sibi actis Terrestribus
Premisliensibus ab solvendum inscriptam recepit et effectualiter
levavit dictoque ipsum et eius successores de eadem summa
quietat perpetue Eamque inscriptionem super
praedictam summam sonantem Cum omnibus conditionibus
punctis Clausulis et articulis cassat et mortificat tem..
poribus perpetuis, sibi et suis posteris vero
praemissorum silentium aeternum imponendo hac sua pre..
senti recognitione mediante.

Socha recedit alteri.

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus
Castren Premisliensibus Honestus Stanislaus Socha Rece..
dens a prorogativis iurisdictionisque quavis sua com..
petenti Summisit praesenti iurisdictioni Castren Premisliensi